

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

In M. Antonium ad Quirites, Philippica sexta. Oratio XLIX.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

Philippica. VI. Fo. CCXLVI.

ex quo iudicari potest, virtutis esse quae aetatis cursum celeriore. Nam quod illi qui Caesari invident, simulant se timere: ne verendum quid est, ut tenere se possit, ut moderari, ne honoribus nostris elatus intemperantius suis opibus utatur. Ea natura rerum est P. C. ut quae sensum vere gloriae ceperit, quicquid se ab Senatu, ab Equitibus Romanis, Populoque Romano uniuerso senserit ciuem clarum haberi salutarique reipublice, nihil cum hac gloria comparandum putet. Verum C. Caesari, patri dico, contigit set adulescenti, ut esset Senatus, atque optimo cuique charissimus. quod cum consequi neglexisset, omnem vim ingenii, quae summa fuit in illo, in populari leuitate consumpsit. Itaque cum respectum ad Senatum, & ad bonos non haberet, eam sibi viam ipse patefecit ad opes suas amplificandas, quam virtus liberi populi ferre non posset. Eius autem filii longissime diuersa ratio: quae cum omnibus est, tum optimo cuique charissimus. in hoc spes libertatis posita est, ab hoc accepta iam salus, huic summi honores & exquiruntur, & parati sunt. cuius igitur singulari prudentiam admiramur, eius stultitiam timemus: quid enim stultius, quam inuilem potentiam, inuidiosas opes, cupiditate dominandi precipite, & lubricam anteferre vere, graui, solide gloriae? an hoc vidit puer: si aetate processerit, non videbit? At est quibusdam inimicus clarissimis atque optimis ciuibus? nullus iste timor esse debet. omnes Caesar inimicitias Reipublicae condonauit. hanc sibi iudicem constituit, hanc moderatricem omnium factorum. ita enim ad Rem publicam accessit, ut eam confirmaret, non ut euerteret. omnes habeo cognitos sensus adulescentis: nihil est illi Reipublicae charius, nihil vestra auctoritate grauius, nihil bonorum virorum iudicio operatius, nihil vera gloria dulcius. Quamobrem ab eo non modo nihil timere, sed maiora & meliora expectare debetis: neque in eo quod ad D. Brutum obsidione liberandum profectus sit, timere ne memoria maneat domestici doloris, quod plus apud eum possit, quam salus ciuitatis. Audebo etiam obligare fide mea P. C. vobis, Populoque Romano: quod profecto, cum me nulla vis cogeret, facere non auderem, praesenscerem in re maxima piculosa fam opinionem temeritatis. promitto, recipio, spero Patres conscripti, C. Caesarem tale semper fore ciuem, qualis hodie sit, qualisque eum maxime velle & optare debemus. Quae cum ita sint, de Caesare satis hoc tempore dictum habeo. Nec vero de L. Egnatuleio fortissimo, & constantissimo ciue, amicissimo Reipublicae, silendum arbitror: sed tribuendum testimonium virtutis egregiae, quod is legionem Quartam ad Caesarem adduxerit, quae praesidio Consulibus Senatus Populoque Romano, reique publicae. ob eam causam placere, uti L. Egnatuleio triennium ante legitimum tempus magistratus petere, capere, gerere liceat. In quo P. C. non tantum commodum tribuit L. Egnatuleio, quantum honos, in tali enim re satis est notari. De exercitu autem C. Caesaris ita censeo decernendum. Senatus placere, militibus veteranis, quae Caesaris Praefectis, auctoritateque huius ordinis defenderint, atque defendant, his liberisque eorum militum vacatione esse: utique C. Pansa, A. Hircaius Consules alter, ambove cognoscerent, quae ager colonus esset, quo milites veterani deducti essent, quae contra legem Iuliam possideret, ut is militibus veteranis diuideret. de agro Capano separatim cognoscerent, inirentque rationem de commodis militum veteranorum augendis: legionisque Martiae, & legionis Quarta, & iis militibus quae de legione Secunda, trigesima quinta, ad C. Pansam, A. Hircaium Consules venissent, suaeque noiae dedissent, quae his Senatus, Populi que Romano libertas charissima sit, & fuerit, vacationem militum ipsis, liberisque eorum, esse placere, extra tumultum Gallicum, Italicumque: easque legiones bello confecto missas fieri placere: quantaque pecunia militibus earum legionum in singulos C. Caesar Praefectus Propretor pollicitus sit, tanta dari placere: utique C. Pansa, A. Hircaius Consules alter, ambove rationem agri habeant, quae sine iniuria priuatoque diuidi possit: hisque militibus legionis Martiae, & legionis Quarta ita daret, assignaret, ut quibus militibus amplissime dati, assignati essent. Dixi ad ea omnia Consules, de quibus retulistis: quae sine mora, matureque decreta, facilius apparabitis ea, quae tempus & necessitas flagrat. celeritate autem opus est: qua si essemus vsi, bellum, ut saepe dixi, nullum haberemus.

IN M. ANTONIVM AD QVIRITES, PHILIPPICA SEXTA.

ORATIO. XLIX.



QVIRITIBUS Vobis esse arbitror Quir. quae sint acta in Senatu, quae fuerit cuiusque sententia, res enim ex Cal. Ian. agitata, paulo ante confecta est: minus quidem illa seuerum quam decuit, non tamen omnino dissoluta, mora est allata bello, non causa sublata. Quamobrem quod quaesivit me P. Apuleius homo, & multis officiis mihi, & summa familiaritate coniunctus, & vobis amicissimus, ita respondebo: ut ea quibus non interfuis, nosse possitis. Causa fortissimis optimisque Consulibus Calidis Ian. de Rep. primum referendi fuit, ex eo quod XIII. Cal. Ian. Senatus me auctore decreuit. Eo die primum Quir. fundamenta iacta sunt reipublicae.

Cice. testis
monium de
Octauio.

Sponsio Ci
ceronis p
Octauio.
L. Egnatu
leii laus.

Ager colo
nus.

Extra tu
multum Gal
licum.

In M. Antonium

Belli gra-
uis indi-
cia.

Rubico.
Propius
urbem.

Procrasti-
natio odio-
sa.
Indiget ce-
leritatis.
Teximere.

Labare.

Fuit enim longo intervallo ita liber Senatus, ut vos aliquando liberi essetis. Quo quidem tem-
pore, etiam si ille dies vitae sine mihi allaturus esset, satis magnam ceperam fructum, cum vos unum
uersi una mente atque voce iterum a me conseruatam esse Rempublicam conclamastis. Hoc vestro iudicio tam-
to magis preclaro excitatus, ita Calcedis Ian. veni in Senatum, ut meminissetem quam personam impositam a
vobis sustinerem. Itaque bellum nefarium illatum Reipublicae, cum viderem, nullam moram interponendam insequendi
M. Antonium putavi: hominemque audacissimum, qui multis nefariis rebus ante commissis, hoc tempo-
re Imperatorem Populi Romani oppugnaret: Coloniam vestram fidissimam, fortissimamque obsideret: bello
censui persequendum, tumultum esse decerni, iustitiam edici, saga sumi dixi placere: quo omnes acius,
graviusque incuberet ad viciscendas Reipublicae iniurias, si omnia gravissimi belli insignia suscepta a Se-
nato videret. Itaque haec sententia sic per triduum valuit, ut quae discessio facta non esset, tamen praeter
paucos, omnes mihi assensuri viderentur. Hodierno autem die nescio qua obiecta re remissior Sena-
tus fuit, nam plures eam sententiam secuti sunt, ut quantum Senatus auctoritas, vestraque consensus
apud Antonium valiturus esset, per Legatos experiremur. Intellego Quirinae a vobis hanc senten-
tiam repudiari: neque iniuria, ad quem enim legatos? ad eum ne? qui pecunia publica dissipata,
atque effusa, per vim, & contra auspicia impositis Reipublicae legibus, fugata concione, obsessio Sena-
tu, ad opprimendam Rempublicam. Brundisio legiones accerserit: ab his relictus, cum latronum manu
in Galliam irruerit: Brutum oppugnet: Mutinam circumsecat, quae vobis potest cum hoc gla-
diatore conditionis, aequitatis, legationis, esse communitas? quae Quirinae non est illa legatio, sed de-
nunciatio belli, nisi paruerit. Ita enim est decretum, ut si legati ad Annibalem mitterentur, mittuntur
enim qui nuncient ne oppugnet Consulem designatum, ne Mutinam obsideat, ne provinciam
depopuletur, ne delectus habeat, sit in Senatus Populi Romani potestate. Facile vero huic denun-
ciationi parebit: ut in Patrum conscriptorum, atque in vestra potestate sit, qui in sua nunquam fuerit.
Quid enim ille unquam arbitrio suo fecit? semper eo tractus, quo libido rapuit, quo leuitas, quo su-
ror, quo violentia, semper enim duo dissimillima genera lenonum, & latronum ita domesticis stupris,
forisib? parricidiis delectantur, ut mulieri citius avarissime paruerit, quam Senatui, Populoque Ro-
mano. Itaque quod paulo ante feci in Senatu, faciam apud vos: restitutor, denunciatio, ante praedico, nihil
M. Antonium eorum quae sunt legatis mandata, facturum: vastaturum agros: Mutinam obsessurum: delectus,
qua possit, habiturum, is est enim ille, qui semper senatus iudicium, & auctoritatem, semper voluntatem vestram,
potestatemque contempserit. An ille id faciat, quod paulo ante decretum est: ut exercitum citra flumen Ru-
biconem, quae finis est Galliae, educeret? dum ne propius urbem Romam CC. mil. admoueret: huic denun-
ciationi ille pateat: ille se fluvio Rubicone CC. mil. circumscriptum esse patiat: non is est Anto-
nius, nam si esset, non commisset ut ei Senatus tamquam Annibali initio belli Punici denunciaret, ne op-
pugnaret Saguntum. Quae vero ita auocat a Mutina, ut ab urbe tamquam pestifera flamma arceatur, quam
habet ignominiam: quod iudicium Senatus: quid? quod a Senatu dantur mandata legatis: ut D. Brutum, mi-
litesque eius adeant, hisque demonstrat sua in Reipublica merita, beneficiaque eorum grata esse Senatui Po-
puloque Romano: hisque eam rem magnae laudis, magnaeque honoris fore: passurum ne censetis Antonium
introire Mutinam legatos: exire inde tuto: nunquam patietur, mihi credite, noui violentiam, noui impu-
dentiam, noui audaciam. Nec vero de illo sicut de homine aliquo debemus, sed ut de importunissima
bellua cogitare. Quae cum ita sint, non omnino dissolutum est, quod decreuit Senatus. habet atrocitatis
aliquid legatio, utinam nihil haberet morem. nam cum plerisque in rebus gerendis tarditas, & procrastina-
tio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritatis. succurrendum est D. Bruto, omnes undique copiae colli-
genda: horam exhibere nullam in tali ciue liberando sine scelere non possumus. An ille non potuit, si
Antonium Consulem, si Galliam Antonii provinciam iudicasset: legiones Antonio & provinciam tra-
dere: domum redire: triumphare: primus in hoc ordine esse, quo ad magistratum iniret: quid nego-
tium fuit? sed cum se Brutum esse meminisset, vestraque libertati natum, quid egit aliud, nisi ut pene
corpore suo Galliam phiberet Antonium? Ad huc ventum legatos: an legiones ire oportebat? Sed pre-
terita omittamus, properent, quod video esse facturos, vos saga parate, est enim ita decretum, ut
si ille auctoritati senatus non paruisset, ad saga iret. ibitur, non parebit, nos amissos tot dies rei
gerende quaremur. Non metuo Quirinae, ne cum audierit Antonius, me hoc in Senatu, & in concione com-
firmasse, nunquam illum futurum in Senatus potestate: refellendi mei causa, ut ego nihil vidisse vide-
ar, veritatem se, Senatui pateat, nunquam faciet, non inuidebit huic mea gloria: malet me sapientem a vo-
bis, quam se modestum existimari, quid? ipse si velit, nunquam etiam L. fratrem passurum arbitramur: nuper quod
dixit ad Tybur, ut opinor, cum ei labare M. Antonius videret, mortem fratri esse minitatus. Etiam
ne ab hoc Myrmillone Asiatico Senatus mandata, legatorum verba audientur: nec enim fecerunt

Philippica. VI. Fo. CCXLVII.

a fratre poterit, tãta p̄fertim auctoritate. nã h̄c inter illos Africanius est: pluris habetur q̄
L. Trebellius, pluris q̄ T. Plancius adolescens nobilis: qui omnibus sententiis maximo vestro
plausu cõdemnatus, nescio quomodo se coniecit i turbã, atq; ita moestus rediit, vt retractus,
nõ reuersus videret. sic cõtemnit, tãq; si illi aqua & igni interdicitũ sit. aliquãdo negat ei locũ
esse oportere in curia, qui incederit curiã. Nã Trebelliũ valde iã diligit: oderat tũ, cũ ille ra-
bulis nouis aduersabatur. iam fert in oculis, postq; ipsum Trebelliũ vidit sine tabulis nouis
saluũ esse non posse, audisse enim vos arbitror Quir. qd̄ etiã videre potuistis, quotidie spon-
sore, & creditores L. Trebellii cõuenire. O fides (hinc enim puto Trebelliũ sumpsisse cogno-
men) quã potest esse maior fides, q̄ fraudare creditores: domo profugere: propter as alienũ
venire ad arma: vbi plausus ille in triũpho est spe ludũ: vbi adilitas delata summo studio bo-
norũ: quis est, qui hũc nõ casu existimet recte fecisse: nequitia est, scelus est. Sed redeo ad amo-
res, deliciasq; nostras L. Antoniũ, q̄ vos oēs in fidem suã recepit, negatis: num quis nã est ve-
strũ, qui tribũ non habeat: certe nemo. atqui illũ quinq; & triginta tribus patronũ adopta-
rũt. rursus reclamatis. Aspiciate a sinistra illã equestre statuã inauratã, in qua quid inscriptũ
est: Quinq; & triginta tribus patrono Populi Romani. igitur est patronus L. Antonius, malã
quidẽ illi p̄stẽ, clamori em̄ vestro assentior. nõ modo h̄c latro, quẽ cliẽtẽ habere nemo ve-
lit, sed qs vnq; tantis opibus, tãtis rebus gestis fuit, qui se Populi Ro. victoris, dominiq; oĩm
gentiũ tutorẽ dicere auderet. In foro L. Antoniĩ statuã videmus: sicut illã Q. Trebellii q̄ Her-
nicos deuicit, ante Castoris. O impudẽtiã incredibile. tãtũ ne sibi sumpsit, qa Milassis Myr-
millonẽ Thracẽ iugulauit familiarẽ suũ: quonã modo istũ ferre possemus, si in hoc foro spe-
ctãtib; vobis depugnasset. Sed hæc vna statua, altera ab Equitibus Ro. equo publico: q̄ item
ascribũt, patrono, quẽ vnq; iste ordo patronũ adoptauit: si quẽq; debuit me, sed me omitto,
quẽ censorẽ: quẽ imperatorẽ: agrũ his diuisit. O sordidos, q̄ acceperũt: improbũ, q̄ dederit. Sta-
ruerũt etiã Tribuni militares, q̄ in exercitu Caesaris duo bis fuerũt: Quis est iste ordo: multi
fuerũt multis in legionibus p̄ tot annos: his quoq; diuisit Semuriũ. Campus Martius resta-
bat, nisi prius cũ fratre fugisset. Sed hæc agroꝝ assignatio paulo ante Quir. L. Cesaris claris-
simi viri & p̄stãtissimi Senatoris sententiã dissoluta est. huic em̄ assenti, Septemviri acta sustu-
limus. Iacent beneficia Nuculã, friget patronus Antonius, nã possessores animo æquiore dis-
cedent: nullã impensam fecerant: nõdũ instruxerant: partim quia non confidebãt, partim qa
nõ habebant. Sed illa statua palmaris: de qua, si meliora tẽpora essent, nõ possem sine risu di-
cere, L. Antonio Iano medio patrono, ita ne: Ianus medius in L. Antoniĩ clientela sit: quis vn-
q; in illo Iano inuẽtus est, qui L. Antonio mille numũ ferret expẽsum: Sed nimis multa de nu-
gis, ad causam bellũq; redeamus. q̄q; nõ alienũ fuit personas quasdã a vobis recognosci: vt
quibuscũ bellũ gereret, possitis taciti cogitare. Ego aut̄ vos hortor Quir. vt etiã si melius ali-
ud fuit, tũ legatoꝝ reditũ expectetis animo equo, celeritas detracta de causa est, boni tũ aliã
quid accessit ad causam. cũ em̄ legati renũciarint, qd̄ certe renũciabũt: nõ in vestra potestate,
nõ in Senatus esse Antoniũ: quis erit tã improbus ciuis, qui illũ ciuẽ habẽdũ putet: nũc em̄
sunt pauci illi qdẽ, sed tũ plures q̄ Rep. dignũ est, q̄ ita loquant̄: ne legatos qdẽ expectabimus?
Istam certe vocem, simulationẽq; clementiã, extorquebit his res ipsa publica. Quo etiã, vt cõ-
fitear vobis Quir. minus hodierno die cõtendi, minus laborauĩ, vt mihi Senatus assentiẽs tu
multũ decerneret, saga sumi iuberet, malui viginti diebus post, sententiã meã laudari ab oĩb;,
q̄ a paucis hodie vituperari. Quapropter Quir. expectate legatoꝝ reditũ, & paucoꝝ dierum
molestiã deuorate, qui cũ redierint: si pacẽ afferent, cupidũ me, si bellũ, prouidũ iudicatore.
An ego nõ prouideã meis ciuib;: nõ dies noctesq; de vestra libertate, de Reip. salute cogitẽ?
Quid, n. nõ debeo vobis Quirites: quẽ vos hoĩem, a se ortũ, hoĩb; nobilissimis oĩb; honorib;
prætulistis: an ingratus sum: quis minus: qui partis honoribus, eosdẽ gelli in foro labores,
quos in petẽdis, rudis in republica: q̄ exercitator: q̄ viginti iã annos bellũ gerã cũ improbis
ciuib;: Quãobrem Quirites cõsilio quãtũ potero, labore plus p̄ne, q̄ potero excubabo, vigila-
boꝝ pro vobis, etenim qs est ciuis, p̄sertim hoc gradu, quo me vos esse voluistis, tã oblitus
beneficii vestri: tã immemor patriã: tã inimicus dignitati suã: quẽ nõ exciter, nõ inflãmet tã-
tus vester iste cõsensus: multas, magnasq; habui cõsul cõciones, multis interfui, nullã vnq; vi-
di tãrã, quãta nũc vestra est, vnũ sentitis oēs: vnũ studeris: M. Antoniĩ conatus auertere a re-
publica, furorẽ extinguere, opprimere audaciã, idẽ volũt oēs ordines: eodẽ icubũt municipiã,
Coloniã, cuncta Italia, Itaq; Senatũ sua sponte bene firmũ, firmiorẽ vestra auctoritate fecistis.

Retractus
non reuer-
sus.

† sup. opro,
aut dii ima-
mittant.

zup. A
obis

*

Palmaris
statua,
Ianus me-
dius.

Deuorare
molestiam
paucorum
dierum.

zup. A
obis
obis

In M. Antonium

venit tēpus Quiri. serius omnino, q̄ dignū Populo Romano fuit: sed tñ ita maturū, vt differri iam hora nō possit. fuit aliqs fatalis casus, vt ita dicā: quē tulimus: quoquo modo ferēdus fuit. nūc si qs erit, erit volūtarius. Populū Ro. seruire fas nō est, quē dii immortales oībus gētibus imperare voluerūt. res in extremū est adducta discrimē: de libertate decernit: aut vincatis oportet Quirites, qd̄ p̄fecto & pietate vestra, & tāta cōcordia consequimini: aut quiduis potius q̄ seruiatis, alię nationes seruitutē pati possunt, Populi Romani est propria libertas.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA SEPTIMA.

ORATIO. I.



ARVIS DE Rebus, sed fortasse necessariis, cōsulimur Patres cōscrip̄ti: de Appia via & de Moneta Consul, de Luperis Tribuni Pl. referūt. quarū rerū etsi facilis explicatio videt̄, tamen animus aberrat a sentētia, suspensus curis maioribus. adducta est em̄ P. C. res in maximū periculū, & extremū pene discrimen. nō sine causa legatorū istā missionē semp̄ timui, nūq̄ probavi: quorū reditus quid sit allaturus, ignoro. expectatio qd̄ quātū afferat lāguoris animis, quis nō videt̄ non em̄ se tenent ii, qui Senatū dolent ad auctoritatis pristinae spem reuiviscere, coniūctū huic ordini Populū Romanū, cōspiratē Italiā, paratos exercitus, expeditos duces. iam nō fingūt Antonii responsa,

eadēq; defendunt. alii postulare illū, vt oēs exercitus dimittātur, scilicet Legatos ad eū misi-
mus, nō vt pareret, & dicto audiēs esset huic ordini, sed vt cōditiones ferret, leges impone-
ret, referare nos exteris gētib; Italiā iuberet: se p̄ferim incolumi, a quo maius periculū, q̄ ab
vllis nationibus extimescēdū est, Alii remittere eū nobis Galliā citeriorē, illā vltimā postula-
re. p̄clare: ex qua nō legiones solū, sed etiā nationes ad vrbē conetur adducere. Alii nihil eū
iā nisi modestū postulare. Macedoniā suā vocat oīno: qm̄ C. frater est inde reuocatus. Sed quē
prouincia est, ex qua illa fax excitare nō posset incēdiū: Itaq; iidē quasi puidi ciues, & Senato-
res diligētes, bellicū me cecinisse dicūt. Suscipiūt partis patrociniū, q̄ sic disputāt, irritari An-
toniū nō oportuit, nequā est homo ille, atq; cōfidēs, multi p̄terea improbi. quos qd̄ a se pri-
mū numerare possunt, qui hęc loquūtur, eos esse cauēdos denūciāt. vtrū igit̄ in nefariis ci-
uibus vlciscēdis, cū possis, an pertimescēdis diligērior causa est? Atq; hęc illi loquūtur, q̄ quō-
dam propter leuitatē populares habebantur, ex quo intelligi potest, animo illos abhorruisse
semp̄ ab optimo ciuitatis statu, nō volūtate fuisse populares, qui em̄ cōuenit: vt qui in rebus
improbis populares fuerint, iidē in re vna maxime populari, q̄ eadē salutaris Populo Ro. sit,
improbos se, q̄ populares esse malint: me qd̄ semp̄ (vt scitis) aduersatū multitudinis teme-
ritati, hęc fecit p̄clarissima causa popularē. Et qd̄ dicūtur, vel potius iidē ipsi se dicūt Cōsu-
lates. quo nomine dignus est nemo, nisi qui tanti honoris nomen potest sustinere, faueas tu
hosti: literas tibi ille mittat de sua spē rerū secūdarū suarū: eas tu lētus p̄feras: recites: descri-
bendas etiā des improbis ciuib; eorū augeas animos: bonorū spem, virtutēq; debilitēs: & te
Consularē, aut Senatorē, aut deniq; ciuē putes: Accipiet in optimā partē C. Pansa fortissimus
Consul, atq; optimus: etenim dicam animo amicissimū: hunc ipsum mihi hominē familiarissi-
mū, nisi talis Consul esset, vt omnes vigilias, curas, cogitationes, in Reip. salute cōfigeret, Cō-
sulem non putarem. q̄q̄ nos ab ineunte ætate illius vsus, consuetudo, studiorum etiam hone-
stissimorū societas, similitudoq; cōiūxerit: eius deniq; curam incredibilem in asperrimis bellī
ciuilis periculis perspexi nō modo salutis, sed etiam dignitatis meæ: tamen eūdem, vt dixi, nisi
talis Consul esset, negare esse Consulem auderem. idem nō modo Cōsulem esse dico, sed etiā
memoria mea p̄stantissimū, atq; optimū Consulē. non quia nō pari virtute, & voluntate alii
fuerint: sed tāta causam nō habuerūt, in qua & virtutē, & volūtātē suā declararēt. Huius ma-
gnitudini animi, grauitati, sapiētie, tēpestas est oblata formidolosissimi tēporis. tū aut̄ illustra-
tur Cōsularatus, cū gubernat Rēp. si nō optabili, at necessario tēpore. magis aut̄ necessariū P. C.
nullū tēpus vnq̄ fuit. Itaq; ego ille qui semp̄ auctor pacis fui: cuiq; pax, p̄sertim ciuilis, q̄q̄
omnibus bonis, mihi tñ in primis fuit optabilis: omne em̄ curriculū industrię nostræ in foro,
in curia, in amicorū periculis propulsandis elaboratū est: hinc honores amplissimos, hinc me-
diocres opes, hinc dignitatē si quā habemus, consecuti sumus: ego itaq; pacis, vt ita dicam,
alumnus, q̄ quātuscūq; sum (nihil. n. mihi arrogo) sine pace ciuili certe nō fuisset: periculose
dico: quēadmodū accepturi P. C. sitis horreo: sed pro mea perpetua cupiditate vestræ digni-

Audiens
dicto.

Bellicum
canere.

Alumnus
pacis Cis-
cero.